



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod præceptio prohibitio permīssio consilium operatio nomine voluntatis  
interdum intelliguntur vel accipiuntur. G. H. I

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*Psalm. 113.**Rom. 9. c.**Rom. 12. 4.*

fecit. Et Apostol. Voluntati eius quis resistit? Eta  
libi: Ut probetis quę sit voluntas Dei bona & bene-  
placens & perfecta. Et hęc voluntas recte appella-  
tur beneplacitum Dei, siue dispositio.

*Quod secundum figuram dicitur voluntas Dei praeceptio,  
prohibitio, consilium, permisso, operatio: & ideo plu-  
raliter dicit scriptura voluntates.* G

*Psalm. 10.**Psalm. 88.**Psalm. 18.*

Aliquando vero secundum quandam figuram  
dicendi, voluntas Dei vocatur, quod secundum  
proprietatem non est voluntas eius: ut praeceptio,  
prohibitio, consilium, nec non permisso & opera-  
tio. Ideoque pluraliter aliquando scriptura vo-  
luntas Dei pronunciat: Vnde Prophet. Magna o-  
pera Domini, exquisita in omnes voluntates eius:  
cum non sit nisi una voluntas Dei, quę ipse est, plu-  
raliter tamen dici voluntates: quia volun-  
tas Dei variis modis ac pro diuersis accipitur,  
ut dictum est. Ita etiam idem Prophetus propter  
multos effectus misericordie & iustitiae pluraliter  
dicit: Misericordias Domini in eternum cantabo.  
Et alibi: Iustitia Domini rectæ, laetificantes corda;  
cum tamen in Deo una sit misericordia, una iusti-  
tia, & una eademque sit misericordia quę iustitia,  
scilicet diuina iusta.

*Quare praeceptio & prohibitio, & consilium dicantur Dei  
voluntas.* H

Ideo autem praeceptio & prohibitio atque con-  
silium cum sint tria, dicitur tamen unum quodq;  
eorum Dei voluntas, quia ista sunt signa divinæ  
voluntatis; quemadmodum & signa iræ dicuntur  
ira, & dilectionis signa dilectio appellantur; & di-  
citur iratus Deus, tamen non est ira in eo aliqua,  
sed signa tantum quę foris fiunt, quibus iratus  
ostenditur, ira ipsius nominantur. Et est figura di-  
cendi, secundum quā nō est falsum quę dicitur; sed  
verum quę dicitur, sub tropi nubilo obūbratur. Et  
secun-

secundum hos tropos diuersæ voluntates Dei di-  
euntur, quia diuersa sunt illa quæ per tropum vo-  
luntas Dei dicuntur.

*Vbi voluntas Dei pro præcepto, & consilio  
accipiatur.*

I Matth. 6. b.

Pro præcepto Dei atque consilio potest accipi *Matt. 12. d.*  
voluntas ut ibi, Fiat voluntas tua sicut in ex-  
ilio & in terra. Et alibi. Qui facit voluntatem pa-  
tris mei qui in cælis est, ipse frater meus, & soror,  
& mater est. Et contra hanc voluntatem multa fi-  
unt. Vnde August. in lib. de spiritu & litera. Infide- *Cap. 33. in  
les, inquit, contra voluntatem Dei faciunt, cum e-* *tom. 3.*

*Ante me-*

*Quod Deus non vult ab hominibus fieri omnia quæ præcipit, dicitur.  
vel non fieri quæ prohibet.*

Et si illa tria dicantur Dei voluntas, ideo quia  
signa sunt divinæ voluntatis non est tamen intel-  
ligendum Deum omne illud fieri velle, quod cui-  
cunque præcepit, vel non fieri quod prohibuit.  
Præcepit enim Abrahæ immolare filium, nec ta-  
men voluit, nec ideo præcepit ut id fieret: sed ut *Gen. 22. a.*  
Abrahæ probaretur fides. Et in Euangelio præce- *Marc. 1. d.*  
pit Iesus, ne cui diceret: ille autem prædicauit  
vbique, intelligens Deum non ideo prohibuisse,  
qui vellat opus suum prædicari: sed ut daret for-  
mam homini laudem humanam declinandi.

*De permissione & operatione vbi dicantur Dei voluntas.* L

Permissio quoque Dei operatio voluntas Dei *Cap. 95. in  
appellantur, qualiter accipit Aug. in ench. dicens: fine.*  
Nō fit aliquid nisi omnipotens fieri velit: vel si- *Ibid. c. 96.*  
nendo ut fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum *in princip.*  
est Deū facere bene, etiam sinendo fieri quæcun- *continuo.*  
que fiunt male: non enim hęc nisi iusto iudicio Dei  
sinit, & perfecto bonū est omne q̄ iustū est. Ecce hic  
manifestē habem⁹ Dei voluntatē appellari ipsi⁹ o-  
perationē vel permissionē, cū dicitnō fieri aliquid

R. 4

nisi